



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

Cap. II. Vt in omnibus Mißis siue matutinis, siue quadragesimalibus, vel quae in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus dicatur: & vt nomen papae vrbis Romae, quicumque ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

## CAP. II.

ANNO  
CHRISTE  
...

*Vt in omnibus Missis siue matutinis, siue quadragesimalibus, vel quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus dicatur: & ut nomen papæ urbis Romæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.*

**E**T in omnibus Missis siue matutinis siue quadragesimalibus, siue in illis quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus eo ordine, quo ad Missas publicas dici debeat: quia tam dulcis & desiderabilis vox, etiam si die noctuque posset dici, fastidium non potest generare. Et hoc nobis iustum visum est, ut nomen domini papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Nomen papæ recitandum in ecclesia.

## CAP. III.

*Vt propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria Patri, etiam Sicut erat in principio, &c. semper dicatur.*

**E**T quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum orientem & totam Africam vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qua Dei filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore fuisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c. dicitur, etiam & nos in vniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decreuimus.

## NOTE.

\* *Concilium Vasense.* ] Tria Vasione siue Vasatis in Gallia Narbonensi habita fuerunt Concilia. Primum sub Constantio imperatore & Nechtario Viennensi, ut testatur Ado Viennensis in chronico his verbis: *Florebat, inquit, & tunc temporis* (nimirum quo Maxim-

Tria Vasensia Concilia. Primum quando habitum fuerit.